DE RECENSENDIS

HERODOTI HISTORIARUM LIBRIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE ROSTOCHIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HENRICUS PETERS

MEGALOPOLITANUS.

WISMARIAE.

TYPIS HINSTORFFII.

MDCCCLXXXIV.

Referent: **Prof. Dr. Leo.**

Librorum veterum emendandorum studium quam debile sit atque infirmum, nisi certum constet iudicium de codicum calamo scriptorum indole atque auctoritate, ut fere uniuscuiusque veteris libelli editionum inde ab renatis litteris factarum cursus documento est, sic Herodoti historiarum variae editiones, quae his saeculis in lucem prodierunt. Priores enim Herodoti historiarum editores quamquam industriam laudabilem singulis locis emendandis impertiebant, tamen cum de singulorum codicum indole nihil haberent comperti, necessario eo deducebantur, ut iusto magis et suae libidini parerent et meris librariorum coniecturis confiderent. Accuratius de illorum editionibus agunt Wesseling in praefatione editionis suae et Abicht in Philologi volumine XXI. — Primus codices Herodoteos per familias et ordines disposuit Wesseling, qui de codicibus usque ad ipsius aetatem repertis haec iudicat: hos manu descriptos codices tot diversis locis erutos non eodem omnes capite manasse manifestissime comperi (praefat. p. 6). Habebat praeter alios Wesseling hosce summi momenti codices: Mediceum (Steini codicem A), Passioneum (Steini B), Sancroftianum (Steini S). Atque cum duos codicum ordines statueret, rectissime alteri ordini ascribebat codices A et B, alteri codicem S. Primus igitur Wesseling instituit probam testium interrogationem, librorum dico recensionem. Quo praesidio munitus cum accederet ad singula scriptoris verba restituenda, non mirum est quod modo huic modo illi codicum ordini maiorem tribuebat fidem, neque ego intellego, cur hoc tam vehementer vituperet Abicht (Philol. vol. XXI, 80). Nam cum sibi persuasisset ille codices non omnes redire ad eundem archetypum, ne poterat quidem unum codicem vel unum codicum ordinem semper ita sequi, ut ceteros plane neglegeret. Quod igitur Abicht facere eum iubet, contra ipsius Wesselingi rationem pugnat.

Post Wesselingi editionem iam id pro certo habebatur, duos esse codicum ordines; uter ordo in universum

maiorem haberet auctoritatem et quis codex intra suum ordinem primum obtineret locum, valde erat dubium. Quomodo factum est, ut ii qui post Wesselingium Herodoti libros ederent, alii huic alii illi codici aut codicum ordini magis faverent. Singularum editionum rationes enarrare hoc loco supervacaneum videtur, cum Abicht accurate hanc rem tractaverit in Philologi volumine XXI: Schweighaeuser Florentinum codicem C optimum testem putabat, Gaisford Sancroftianum S. Gaisfordi sententiam secutus est praeter alios editores haud paucos Stein in priore editione sua. Contra Abicht codicis Medicei A atque ceterorum eius familiae codicum fidem defendit ita, ut alteri ordini fere nullam tribueret utilitatem: pessimis atque audacissimis coniecturis refertum esse codicem S et quaecunque unus haberet vera, ipsa quoque librarii esse coniecturas. Paucis annis post ad criticam editionem parandam Stein iterum singulorum codicum indolem in quaestionem vocavit ascito codice Romano R, quem ipse primus excusserat. Atque dispertivit Stein secutus Wesselingium omnes codices in duos ordines, quorum alteri ascripsit codices Mediceum (A) Angelicanum (B) Laurentianum (C) et codicis item Laurentiani d partem posteriorem inde a II, 134 incipientem (quem sigillo d_2 signabo), alteri Parisinum (P) Romanum (R) Sancroftianum (S) Vindobonensem (V) et codicis d partem priorem (d_1) et codicis B partem eam, quae olim deperdita a recentiore librario restituta est (b = I, 1—35 et 42—68). Permultos praeterea codices recentiores ex illis descriptos Stein plane neglexit ut inutiles et recte neglexit. Illos vero codices, quos alicuius momenti esse intellexerat, non solum in universum per ordines disposuit sed etiam de singulis accuratius egit atque quaesivit, id quod scire plurimum refert, qua cognatione ii codices, qui eiusdem essent ordinis, inter se continerentur, qua propagationis ratione cum totius ordinis archetypo cohaererent. Ceterum quod olim iudicaverat de codicis S eiusque familiae insigni auctoritate, hoc plane nunc reicit. Contra in Abichti partes transgressus quam maxime laudandum putat priorem codicum ordinem ABCd_2, alterius ordinis codices librariorum coniecturis scatere. Quae sententia cum mira videri deberet omnibus, qui ex ipsius Steini praefatione intellxissent, quot locis pro gravissimis ceterorum codicum mendis vera exstarent in codicum familia

Rsv (bd_1), non deerant, qui pugnarent adversus Steinium. Primus Cobet in Mnemosyne (vol. X seq.), post eum Wehrmann in dissertatione, quam nuper conscripsit „de Herodotei codicis Romani auctoritate" permultis exemplis demonstrare studebant codicem R (nam ceteros codices huic finitimos secuti Steinium neglegunt) multo meliorem esse testem altero ordine $ABCd_2$ neque cepisse hanc praestantiam ex correctionibus ab librario factis (id quod Stein contenderat) sed ipsum quasi heredem esse virtutum codicis alicuius optimi. Hoc modo codicis R virtutes exemplis demonstrare non erat difficile atque gravissima iam Stein ipse congesserat. Neque tamen docti illi viri hac via quaestionem aut diremerunt aut omnino potuerunt dirimere rationem scilicet non sufficientem secuti. Prorsus enim neglexerunt et Cobet et Wehrmann nulla causa prolata codicem Parisinum P, ex quo totam de codice R quaestionem pendere et Stein iam significaverat et ipse accuratius infra demonstrabo. Sed cum de codicis P et codicum $Rsvbd_1$ archetypi affinitate nihil possimus iudicare, nisi perspectum habeamus, quae ratio intersit inter codicem P ipsum et codicum ordinem $ABCd_2$, iam videtur tota quaestio de codicum affinitate a Steinio instituta esse retractanda. —

Ac primum quidem plane certum videtur duas exstare codicum familias, quarum altera contineat codices $ABCd_2$ altera codices $Rsvbd_1$ (Consulto neglego hoc loco codicem P, de quo infra agam accuratius). Huius rei cum in unaquaque fere pagina textus Herodotei exempla exstent, longum videtur enumerare omnia. Neque adhuc quisquam hanc rem in dubitationem vocavit. Defungar igitur hisce exemplis gravissimis:

Lacunae exstant in $ABCd_2$ hae:

III 44, 19 *πέμψας* — *Σαμίων*
III 117, 18 *ἐν* — *Χορασμίων*
III 104, 14 *τὸ ἑωθινὸν* — *ἄλλοισι*
IV 71, 20 *τρίχας* — *περιτάμνονται*
IV 20, 16 *Μελάγχλαινοι* — *Σκυθικόν*
VII 114, 9 *Περσικὸν* — *κατορύσσειν*

cfr. Stein praef. p. XXXVIII.


Lacunae exstant in Rsv hae:

I 5, 14 ἐς τὸ
III 19, 19 ἐν — μετήισαν
VIII 22, 6—8 τὰ — γράμματα
VIII cap. 77—84.

Plura collegit Cobet (Mnemosyne X p. 407.)

Nunc nostrum est quaerere, quomodo ii codices qui eiusdem familiae sint propagines, inter se cohaereant. Neque enim quicquam possumus iudicare de totius familiae auctoritate atque indole, nisi antea intellexerimus, quibus codicibus archetypi verba optime sint servata.

Atque prioris ordinis codices ABCd_2 qua ratione inter se contineantur, hac figura demonstrat Stein:



Quod utrum verum sit necne videamus.

Primum Stein recte contendere mihi videtur codices AB tanta esse similitudine, ut fere unius instar sint, nec tamen tanta, ut alter ex altero descriptus videatur (Stein. praef. p. XXII). Multis enim locis codices AB ita inter se consentiunt, ut eadem habeant diversa ab ceteris codicibus omnibus atque ea saepissime falsa velut:

	AB	Cd_2 cum ceteris
III 10, 6	οἴσϑησαν	ὕσϑησαν
III 100, 21	εψοῦσι τε	ἕψουσί τε
VIII 83, 1	κρῆσιν	ῥῆσιν
IX 27, 8	ἀμαζίδας	Ἀμαζονίδας
VII 185, 9	A: δὲ δὴ δεῖ B: δὲ δὴ (δεῖ) archetyp. AB: δὲ δὴ	δὲ δεῖ
VII 103, 8	ἂν ἴσωϑέντας	ἀνισωϑέντας.

Non debes offendere in ea re, quod haec et alia menda, quae soli codices A et B habent communia, levia sunt. Hoc

ipsum quod in minutis rebus consentiunt, non poteris explicare nisi ita, ut eandem originem eos habere statuas. —

Neque tamen credibile est alterum ex altero descriptum esse. Primum enim ne codicem B ex A descriptum esse putemus, obstant talia exempla:

A mendose exhibet		B recte cum ceteris
II 6, 21 *Κάσσιον* —	—	— *Κάσιον*
IV 152, 8 *Κορόβιον*	—	— *Κορώβιον*
IV 83, 6 *Ἀτάρβανος*	—	— *Ἀρτάβανος*
IV 86, 2 A^2: *νύκτωρ* A^1: omittit		— *νυκτός*
III 59, 16 *Δικτύννης*	—	— *Δικτύνης*
VII 98, 17 *Ματγήν*	—	— *Ματτήν*
		PRsv: *μάπην*
IX 111, 12 *λόγον μοι*	—	— *μοι λόγον*

Omnibus his locis codicis B librarium ipsum menda codicis A sustulisse incredibile est.

Deinde sunt exempla gravissima, quibus codicem A ex B non esse descriptum demonstretur, ut lacunae exstant in uno B his locis:

II 33, 10 *ὁ Νεῖλος* — *Λιβύην*
IV 52, 2 *οὕτω* — *πικρή*
IV 189, 17 *ἐκ* — *ἐσθῆς*
IV 198, 6 *κατίσταται* — *γῆ*
VI 80, 15 *τῶν* — *ἄλσος*
VI 86 *α*, 11 *εὖ* — *σοί*
VII 127, 1 *τε καὶ Μακεδονίδα*
VIII 12, 23 *ὡς* — *ἐγεγόνεε*
IX 49, 4—6 *τοῖσι* — *τεταγμένοι*

Haec omnia cum bene cognovisset Stein statuit codices A et B non recta via derivatos esse ex communi archetypo codicum familiae $ABCd_2$ sed suum sibi caput habere proprium, quod ipsum quidem originem duxisset ex illo archetypo communi. Atque videtur mihi recte ille hoc statuisse. Quamquam ne pro certo hoc contendam, impedimento mihi est, quod in codicum Cd_2 caput multa traducta esse ex codicum ordine Rsv (bd_1) mihi persuasi (de qua re infra agam). Hoc enim si verum est, non potest contendi pro certo, communia menda codicum AB in ipso archetypo totius familiae $ABCd_2$ non iam fuisse.

Codices C et d_2 (inde a II, 134) Stein contendit utrumque per se derivatos esse ex totius ordinis archetypo. Dicit enim (praefat. p. XXI—XXII) praeter A et B codicum communem archetypum ex X fluxisse et illum librum, unde descriptus esset C, et tertio loco post multas vicissitudines talem librum qualem nunc habemus d inde a II, 134. Quod quominus credamus, obstant causae haud leves. Saepe enim codices C et d_2 habent falsa communia, ubi AB habent vera, ut:

Cd_2	AB (cum ceteris)
II 150, 12 C: *τετρημμένη* d_2: *τετρημένη*	— *τετραμμένη*
II 169, 23 *Μόμεμφιν* —	— *Μώμεμφιν*
III 63, 11 *εἶπε* — — —	— *εἶπαι*
V 42, 16 *τι* — — —	— *τε*
VI 86 *α*, 1 *λεγόμενα* (sequitur *ἄνδρα*) — —	— *λέγομεν*
VII 90, 4 *δὲ ὧδε* — —	— *ὧδε*
III 64, 1 *ἀναθρώσκοντι*	— *οἳ ἀναθρώσκοντι*
VI 53, 16 *ὑπ' ἀλλήλων* —	— *Ἑλλήνων*
VII 103, 13 *πολλά* om. cfr. infra pag.	

Hanc rem non inde poteris explicare, quod C ex d_2 aut d_2 ex C descriptus sit. Sunt enim loci, quibus C unus praebeat falsa, cum d_2 vera habeat cum AB communia, et contra alii sunt loci, quibus d_2 unus praebeat falsa, cum C exhibeat vera ipsa quoque codicibus AB servata, ut:

lacunae exstant in uno C:

II 182, 9 *καὶ εἰκόνα* — *Ἀθηναίῃ*
III 40, 11 *οὐκ ἐλάνθανε* — *πλεῦνος*
IV 61, 15 *προσεικέλους* — *ἕψουσι*
V 49, 12 *καὶ συνελεῖν* — *Δωριέα*
VI 23, 22 *ἐοῦσαν* — *ἀνδρῶν*
VII 11, 15 *Ξέρξης* — *Ἀρτάβανε*
VIII 127, 5 *τὴν* — *ἐπολιόρκεε*

lacunae exstant in uno d_2:

III 4, 12 *καὶ γνώμην* — *Φάνης*
III 52, 26 *ὡς* — *Προκλέα*
IV 78, 5 *παραπλήσια* — *βασιλέι*
IV 80, 8 *πυθόμενος* — *Θρηίκην*
IV 191, 24 *καὶ οἳ* — *ἔχοντες*

V 33, 15 *τῷ — νεός*
VI 7, 14 *τὴν Μίλητον καὶ*
VI 51, 23 *κατ' — ὑποδεεστέρης*

Atque si recte Stein definivit aetatem codicis C et codicis d_2, iam inde apparet codicem C non esse derivatum ex d_2. — Hac igitur via non possumus explicare illum codicum Cd_2 consensum. Neque credibile est menda illa solis codicibus Cd_2 praebita iam fuisse in communi totius familiae ABCd_2 archetypo, cum codices AB istis locis consentiant cum Rsv. Relinquitur explicandi ratio simplicissima: codices C et d_2 ne ipsi quidem recta via fluxerunt ex communi sui ordinis archetypo sed ex libro aliquo nunc deperdito, qui ipse quidem descriptus erat ex illo archetypo. At Stein aliam explicandi viam ingressus contendit codicem d_2 impletum esse correctionibus ex codicis C archetypo haustis. Potuit sane hoc fieri et multa hoc modo apte explicantur. Sed Steini ratiocinationem cur praeferamus ei quam ego proposui, omnino neque est causa neque potest cogitari. Omnia enim quae ex Steini ratione explicari possunt, non minus apte ex altera explicabis. Contra si Steinium sequimur, fingere nobis debemus correctorem archetypi codicis d_2 stultissimum, qui et res perversissimas atque minutissimos calami errores exemplari suo inseruerit verbis genuinis deletis, si alteram explicandi rationem probamus, id unum codicis d_2 librario opprobrio vertere possumus, quod exemplaris, quo usus est, menda non correxit. Utrum sit probabilius, non est dubium.

Iam vocemus in quaestionem, quomodo inter se cohaereant alterius ordinis codices Rsvbd_1, quos ex uno archetypo originem duxisse supra vidimus.

Atque mea sententia iam Stein recte statuit tres exstare propagines eius communis archetypi: codices SV, codicem R, codicum fragmenta bd_1 (praefat. p. XXI).

Codices enim SV artius cohaerere inter se quam cum ceteris codicibus ex eodem archetypo derivatis, documento sunt loci, quibus codices SV eadem praebeant falsa, cum R bd_1 vera habeant communia vel R vera habeat communia cum altero codicum ordine ABCd_2, ut:

	SV	Rbd_1 = ACP
I 1, 8	*διακελευσμένους* —	— *διακελευσαμένους*
I 3, 8	*πέμψειν* — — —	— *πέμψαντας*

I 3, 9 τὴν Ἑλένην — τε Ἑλένην
I 17, 3 ἀπαλάσσαιτο — ἀπαλλάσσετο
I 32, 21 καὶ ὄλβιον — κω ὄλβιον
I 69, 5 Θώρακι — — Θόρνακι
I 120, 8 καὶ ἔτι ὑμῖν — καὶ νῦν ἐς τί ὑμῖν
III 65, 6 R = ABCd$_2$P: οὐδὲν δέον
s: οὐδὲν ἧσσον } archetypus omiserat δέον
v: οὐδὲν }
cfr. Gomperzi Studia Herodot. I, 19.
IV 183, 2 R = ABCd$_2$P: Αἰθίοπας θηρεύουσι τοῖσι τεθρίπποισι · οἱ γὰρ τρωγλοδύται Αἰθίοπες πόδας τάχιστοι
v: Αἰθίοπας πόδας τάχιστοι ceteris omissis
s lacunam explens: Αἰθίοπας γειτονεύουσι, οἳ πόδας τάχιστοι
cfr. Comperz. Stud. Herod. I, 19.
II 14, 24 ὀρθῶς — Αἰγυπτίοισι omittunt sv.

Neque potest haec affinitas codicum s et v inde explicari, quod alterum ex altero descriptum esse statuas. Sunt enim loci, quibus aut unus s aut unus v consentiat cum R, velut:

V unus mendose s = R(bd$_1$)ACP
II 184, 6 ἄλλας om. — s: ἄλλως
ceteri: ἄλλας
IV 65, 21 καθαίρει — ἐκκαθαίρει
IV 76, 15 Ἰνδαθύρσου — Ἰδανθύρ(σ)ου
VIII 44, 21 Πιερίην — s = R: πτερίην
ABCd$_2$P: περαίην

s unus mendose v = R(bd$_1$)ACP
I 73, 5 γῆν ἐπιθυμῶν ἥμερον — v = R: γ. ἐπ. ἱμέρῳ
ABCP = d$_1$: γῆς ἱμέρῳ
cfr. Gomperz. I, 18.
I 119, 6 ἐπίπλεαι omissum in s
II 148, 5 ἐστεγασμένας — v: ἐστέγασται (ceteri: ἐς στὲγαστε)
ἄλλως ἐκ τῶν παστάδων ἐκ (ceteri ἄλλας ἐκ) τῶν
δὲ ἐς τὰς αὐλὰς παστάδων καὶ ἐς αὐλάς
III 95, 6 λογιζόμενον om. in s
III 121, 12 οὐ γὰρ — λὲγεται om. in s
(eiusdem generis lacunae exstant in uno s: IV 108, 4; VII 32, 3; VII 76, 13; IX 109, 25).

Omnia apte explicabis, si statues codices sv non ipsos esse derivatos ex ipso archetypo totius huius familiae sed ex libro aliquo inde descripto.

Neque minus verisimile est codicum fragmenta b et d_1 alterum alteri magis esse affinia quam ceteris huius familiae codicibus. Exstant enim loci, quibus b et d_1 praebeant verba aeque corrupta, cum R et sv servaverint vera, ut:

	b et d	Rsv = ACP
I 2, 2	*ἀποκρίνασθαι* —	— *ὑποκρίνασθαι*
I 3, 10	*προϊσχομένους* —	— *προϊσχομένων*
I 4, 17	*ἔργον νομίζειν* —	— *νομίζειν ἔργον*
I 7, 16	*Ἄργωνος* — —	— *Ἄγρωνος*
I 19, 23	*Ἀσισίης* — —	— *Ἀσσησίης*
I 56, 6	*ἱστορέων ἐφρόντιζε* —	*ἐφρόντιζε ἱστορέων*

Attamen quominus credamus alterum ex altero esse derivatum, impedimento sunt loci, quibus aut b consentiat cum Rsv, cum d_1 praebeat falsa, aut d_1 consentiat cum Rsv, cum b praebeat falsa:

	d_1 unus	b = Rsv = ACP
I 14	*Γιγάδας* — —	— *Γυγάδας*
I 28, 19	*Μαριανδανοί* —	*Μαριανδυνοί* vel *Μαριανδηνοί*

atque eiusmodi multa.

	b unus	d_1 = Rsv = ACP
I 15, 3	*ἀλλ' οὐδὲν*	— *ἀλλ' οὐδὲν γὰρ*
I 19, 6	*Ἀσησῷ* —	— *Ἀσσησῷ*
I 27, 4	*ἐκεῖνον λέγειν* —	*λέγειν ἐκεῖνον.*

Quapropter de codicum fragmentis b et d_1 idem est statuendum quod modo statuimus de codicibus s et v.

Atque si quaerimus, quomodo archetypus codicum sv et archetypus codicum eorum, quorum partes sunt b et d_1, cohaereant cum codice R, iam apparet ex iis exemplis, quae supra attuli, codicem R ex neutro illorum archetyporum esse descriptum. Neque minus clarum est codicem R ipsum non esse caput archetyporum illorum, neque codicum sv neque bd_1. Sunt enim permulti loci, quibus R unus praebeat falsa cum sv et bd_1 servaverint vera, velut:


	R unus	sv = bd_1 = ACP
I 27, 8	*βαλεῖν* —	— *λαβεῖν*
I 80, 4	*εὐφραινόμενος* —	*ὀσφραινόμενος*

I 53, 3 *κήρυκες* — *Λυδοί*
I 26, 11 *ἐξεδέξατο* — *Ἀλυάττεω* om. R unus. Item R unus omittit verba codicibus sv et ABCd_2P tradita:
III 9, 3 *πλήσας* — *καμήλων*
IV 103, 13 *ἀλλὰ* — *λέγουσι*
VI 28, 7 *ἄγων* — *Θάσον*
VII 18, 5 *πεμπόμενα* — *θεοῦ*
VIII 25, 24 *ἐθηεῦντο* — *δέ*
IX 41, 20 *Μαρδόνιος* — *ἦλθον*.

Exstant igitur huius familiae propagines tres: codices sv, codicum fragmenta bd_1, codex R. — Attamen potest dubitari, num recte Stein statuerit et codicum sv archetypum et fragmentorum bd_1 archetypum et codicem R per se quemque recta via derivatos esse ex totius familiae archetypo. Nam cum codices Rsv menda habeant communia, quae non exstent in bd_1, statuendum videtur codicum sv archetypum et codicem R non utrumque recta via fluxisse ex archetypo totius familiae sed habere suum proprium caput, quod ipsum quidem redeat ad totius familiae archetypum. Conferas haec exempla:

	Rsv	bd_1 = ACP
I 32, 1	*χώρη μιῇ* — —	d: *χώρη οὐδεμίη*
		b: *χώρη οὐδεμιῇ*
		ACP: *χώρη οὐδεμία*
I 46, 20	*ἐπένθει* — —	*ἐν πένθει*
I 46, 6	*ἐν Δελφοῖσι* —	*ἐν Λιβύῃ*
I 53, 2	*ἀπίκοντο . . καὶ ἔχρεον* —	*ἀπικόμενοι ἐχρέωντο*
I 54, 14	*ταχύ* — — —	*πάγχυ*.

Videtur profecto his exemplis demonstrari sic cohaerere inter se codices Rsv bd_1:



At quominus pro certo hoc habeamus, impedimento est, quod codicum bd_1 archetypum a correctore aliquo pertractatum esse verisimile est, qui usus sit praesidio exemplaris alicuius Herodotei ex alterius ordinis archetypo derivati (qua de re

infra agam). Certe dolendum est, quod codicum istorum, quorum partes sunt b et d_1, tam parvae reliquiae pervenerunt ad nos. Semper fere ad cognoscendum totius familiae archetypum soli nobis adsunt testes codices Rsv. Atque apparet his locis fere idem valere codicum sv coniunctam auctoritatem atque codicem R. Rectissime igitur Gomperz in libello suo „Herodoteische Studien" I, 2 crimini vertit Steinio, quod in annotatione critica codices s et v fere neglexit, praesertim cum codicis v librarius summa fide archetypi verba transcripserit. Quod enim Stein, ut se defendat ab hoc crimine, Gomperzio obicit codices sv non recta via derivatos esse ex totius familiae archetypo (in Bursiani annalibus d. augmentis stud. antiq. 1882, p. 200) hoc nihil facit ad rem. Sint sane illi codices propagationis ordine inferiores codice R, certe non sunt descripti ex R sed notitiam nobis praebent deperditi alicuius libri, cui eadem est auctoritas atque codici R.

Postquam accuratius disseruimus de duabus codicum familiis $ABCd_2$ et $Rsv(bd_1)$, nunc tractemus questionem gravissimam, utri familiae affinis sit codex Parisinus P.

Atque primum quidem ratio habenda est aliquot locorum, quibus P cum Rsv (bd_1) menda habet communia, cum $ABCd_2$ praebeant vera:

	P = Rsv(bd_1)		$AC(Bd_2)$
I 2, 16	*ταῦτα δὴ*	— — —	*ταῦτα μὲν δή*
I 45, 3	*νεκρὸν*	— — —	*τὸν νεκρὸν*
I 205, 2	*προσεχώρεε*	— —	*προεχώρεε*
II 37, 9	*βαλεῖν* cfr. I 196, 9	— — —	*λαβεῖν*
III 119, 12	*ἔλεξε*	— — —	*ἔλεξα*
IV 53, 9	*τὸμεταξὺ δέ*(v?)	—	*τὸ δὲ μεταξὺ*
IV 192, 6	*τῶν κατὰ κέρεα*	—	*τῶν τὰ κέρεα*
V 67, 18	*ἐλθεῖν* (Ppr. r. s)	—	*θέλειν* (sic et v)
V 80, 15	*συνεῖναι*	— — —	*συνιέναι*
V 89, 17	*αἰκίου*	— — —	*ἀδικίου*
VI 22, 14	*οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἴωνες*	— — —	*οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἰώνων*
VI 33, 22	*προσχόντες*	— —	*πρότερον προσχόντες*

VI 108, 6 ἐστράτευον (v?) — ἐστρατεύοντο
VI 56, 18 στρατευομένους — στρατευομένων
VI 12, 19 πείσεσθαι — — πείσεσθαί εἰσι
VII 32, 2 ἔπεμψαν — — — ἔδοσαν
VII 233, 26 εἶναι — — — εἶεν

V 9, 11 δὲ
VI 40, 6 τῆς
VI 59, 1 τι
VI 75, 5 τε } om. in PRsv
VII 173, 5 μὲν
VII 152, 19 τοὺς
VIII 2, 16 τό

II 11, 2 ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον — τὴν Αἴγυπτον
II 67, 20 ἱράς — — — — σπανίας
II 93, 19 ἐρχόμενοι — — ἑπόμενοι
II 115, 3 ἔχων — — — — ἔχων ἐκκλέψας
III 56, 7 Λακεδαιμονίοισι — Λακεδαιμόνιοι
III 144, 13 ἕτοιμοι om.
IV 37, 21 Σάπειρες — — Σάσπειρες
cf. I 104, 11
IV 60, 10 κατευξάμενος — καταρξάμενος
IV 76, 17 Σπαργαπίθεος — Σπαργαπείθεος
cf. IV 78, 10.
IV 125, 5 ἀπίκετο ἐς ὃ ἐνέκυρσε — ὡς . . . ἀπίκετο ἐνέκυρσε
IV 167, 14 Μάδρην — — Βάδρην
cf. IV 203, 18.
IV 176, 5 δέεται — — — περιδέεται
IV 180, 18 καλέουσι — — καλέομεν
V 16, 6 πολλὰς — — — συχνάς
VI 42, 10 πολεμίων — — πολίων
VI 14, 19 δὲκα — — — ἕνδεκα
cfr. Pausan. VII. 10.
VI 98, 21 οὐ σεισθεῖσα — — σεισθεῖσα
VII 154, 14 καταλέξαντες — καταλλάξαντες
VIII 143, 2 ἐλευθερίην σκεπτόμενοι — ἐλευθερίης γλιχόμενοι
VI 92, 9 ἀνὴρ τῷ οὔνομα om.
VII 11, 23 τοῦ Τεΐσπεος om. (versu antecedenti idem nomen commemoratur).

Nec desunt loci, quibus codex P cum Rsv(bd_1) maiores lacunas habeat communes, ut

II 110, 20 *Δαρεῖον* — *Σκύθας*
II 67, 19 *τὰς δὲ ἴβις* — *πόλιν.*

Talibus exemplis nisus Stein contendit codicem P cum familia Rsvbd_1 originem habere communem. Atque sunt exempla eiusmodi, ut haud incaute Steinium sic iudicasse concedendum sit. Iam apparet, si recte Stein eidem ordini addixerit codicem P et codices Rsv(bd_1), tum in duas partes distribuendos esse huius ordinis codices, quarum alteram efficiant codices Rsv(bd_1) alteram unus P. Codicem enim P non descriptum esse ex ipso archetypo codicum Rsvbd_1 documento sunt loci permulti, quibus verba in codice P et prioris familiae codicibus ABCd_2 recte servata in codicibus Rsv inveniantur corrupta. Utaris velim exemplis iis, quae annotavi pagina 6: quae ibi enumeravi menda codicum Rsv(bd_1) non inveniuntur in P; item ex omnibus codicis R mendis, quae collegit Cobet (Mnemos. X), nullum est in P, ex magno numero lacunarum codicis R, quas Cobet enumerat, nullam invenies in P.

Neque magis credibile est codicem P ipsum esse archetypum codicum Rsv(bd_1). Saepissime enim codices Rsv(bd_1) cum altera codicum familia vera habent communia, cum P praebeat falsa. Ut exstant lacunae in uno P:

I 215, 20 *ἱππόται* — *μετέχουσι*
VI 134, 19 *καὶ* — *ἵεσθαι*
IX 70, 19 *τὴν μὲν* — *Τεγεῆται*

Quibus cum locis apte coniunges eos, ubi P cum uno C vel cum uno d_2 consentit (vide locos infra allatos).

Haec omnia si vera esse concedimus, iam praesto est ratio, quam sequi debeamus in Herodoti scriptis restituendis. Neque enim aut unum codicem aut unum codicum ordinem sequi debemus, tamquam ceterorum codicum caput sit, sed ex comparatione omnium codicum, qui communis archetypi propagines sunt, quid singulis locis fuerit in illo archetypo communi, concludamus atque hoc demum vere esse traditum putemus oportet. Quam testium interrogationem recte instutuemus, si unoquoque loco considerabimus ea, quae de singulis codicibus supra dicta sunt.

At hac ipsa ratione usi incidimus in difficultatem gravissimam. Si enim consideramus, quomdo codex P ceteris codicibus, quibuscum originem habet communem, oppositus sit, plane perspicuum videtur, quaecunque et in codice P et in alterius ordinis codicibus $ABCd_2$ inveniantur, haec redire ad communem omnium codicum archetypum, ut ea, quae talibus locis codices $Rsv(bd_1)$ habeant ab illis diversa, librariorum ingeniis deberi videantur. Hac autem via si procedemus, mox inveniemus indicia gravissima, quibus erroris coarguamur. Sunt enim exempla permulta, ubi codex P cum $ABCd_2$ prorsus falsa habeat communia, cum Rsv praebeant vera, atque eiusmodi sunt exempla, ut utique codicum Rsv librarios vel potius archetypi codicum Rsv librarium vera coniciendo invenisse plane incredibile sit. Conferas haec:

	$Rsv(bd_1)$ recte	$P = AC(Bd_2)$ mendose
I 88, 6	*ἐν τῷ παρεόντιχρή*	*ἐν τῷ παρεόντι χρόνῳ*
I 9, 9	*μή σε ὄφεται*	*μὴ ἐσόψεται*
I 125, 16	*Ἀστυάγεάμιν*	*Ἀστυάγεα μέν*
I 126, 6	*τις χῶρος*	*τῆς χώρης*
II 11, 11	*οὐκ ἄνχωσθείη*	*οὐκ ἀναχωσθείη*
II 124, 5	*τῷ λαῷ*	*τῷ ἄλλῳ*
III 3, 9	*στρατηΐην*	*στρατιήν*
III 8, 20	*περιτρόχαλα*	*ὑποτρόχαλα*
III 31, 20	*τοῖσι Πέρσῃσι*	*τοῖσι*
III 59, 10	*Ὑδρέαν*	*Θυρέαν*
	cf. Pausan. Corinth. 34, 192.	
III 48, 10	*δὲ τόδε*	*δὲ οἱ*
III 53, 17	*ἀπέβαλον*	*μετέβαλον*
III 66, 5	*κατηρείκοντο*	*κατήρεικόν τε* vel *κατήρικόν τε*
III 68, 1	*ἐνιστάμενος*	*ἀνιστάμενος*
III 72, 23	*οὐ*	*οὖν* vel *ὦν*
III 80, 11	*ἐκτός*	*ἐντός*
III 91, 9	*Καὶ Κυρήνης*	*Κυρήνης*
III 126, 7	*ταραχῇ* (v?)	*ἀρχῇ*
III 142, 2	*ἐπιτροπαίην*	*ἐπιτροπέειν* vel *ἐπιτροπεὐειν*
III 7, 3	*σάξαντες*	*ἕλξαντες*

II 173, 18 ἐπεὰν μὲν δέωνται χρᾶσθαι, ἐντανύουσι. ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι — ἐπεαν μὲν δέωνται χρᾶσθαι, ἐντανύουσι ceteris verbis omissis
IV 172, 14 ἐπὶ γάλα — — γάλα sine ἐπί
IV 140, 13 οἷα δὲ.. ἀπικόμενοι — οἳ δὲ.. ἀπικόμενοι
V 92 η, 22 οὔκων παύσεσθε — οὔκων ἢν μὴ παύσησθε
IV 150, 8 ἄλλοι — — — οἱ ἄλλοι
IV 138, 6 Στράττις — — Στρατ(τ)ίης
cf. VIII 132, 1.
IV 138, 7 Αἰάκης — — — Αἰακίδας (vel — δης)
cf. VI 13, 27.
III 148, 18 R: Μάκιστον, sv: Κάκιστον — Μάγιστον
cf. Strabo X p. 687A.
III 117, 19 Θαμαναίων — — Θωμαναίων
cf. III 93, 9.
VI 83, 23 Φιγαλεύς — — Φιγασεύς
cf. Pausan. V p. 385.
VIII 30, 19 παρέχειν τε — τε παρέχειν
VIII 106, 9 ποιήσει — — ποιήσειεν
VIII 139, 1 Ἀργαῖος — — Ἀρραῖος
IX 38, 19 Τιμηγενίδης (v?) — Τιμογενίδης
cf. IX 86, 18; Pausan. VII, 10.
IX 71, 23 πάντες (v?) — — πάντας
cf. Stein. praefat. p. XXVIII—XXX.

Iam igitur aggressi sumus ad gravissimam illam de auctoritate codicum Rsv(bd_1) quaestionem, quae nostrorum temporum viros doctos valde vexavit. Ipsa autem illa via, qua pervenimus ad hanc quaestionem, documento est haud multum in hac re diiudicanda profecisse Cobetum et Wehrmannum, qui ita rem absolvere conarentur, ut enumeratis locis permultis, quibus R praeberet vera, contenderent codicem R omnium esse optimum et principem. Id enim nemo negat, multa in codicibus Rsv(bd_1) legi vera, quae in ceteris codicibus omnibus inveniantur corrupta. *Sed si quis negare vult, id quod Stein contendit, codicis R (vel codicum Rsvbd_1) virtutes non ex ipso codicum nostrorum archetypo haustas sed extrinsecus esse ascitas, is debet refutare ea, quae Stein de codicis P et codicum Rsvbd_1 affinitate protulit.* Inde enim suo

iure profectus Stein suum sibi de codice R iudicium finxit. Apparet hoc ex ipsius praefatione (pag. XXXII), ubi dicit codicis P in eo sitam esse utilitatem, quod, ubi a primo contra R cum $ABCd_2$ faciat, correctum illum coarguat aut errore depravatum. Hinc igitur pendet tota quaestio.

Videtur autem difficultas facillime dissolvi, si statuimus in codicem P vel in codicis P archetypum a correctore aliquo traducta esse menda ex altero codicum ordine $ABCd_2$. Sed haec sententia contra omnes leges rationis esse mihi videtur. Quis enim inveniri potest corrector tam stultus, qui I 83 verbum χρή, sine quo tota sententia stare non possit, expungat eam ob causam, quod alius codex pro eo habeat vocem superfluam χρόνῳ, qui II 124 vocem λαῷ, quae optimum praebeat sensum et facillima sit intellectu, mutet alium codicem secutus in ἄλλῳ, quod ne umbram quidem veri in se contineat, qui III 31 ex planissima et dilucidissima sententia eiciat nomen proprium Πέρσῃσι et retineat simplicem articulum τοῖσι, qui II 173 verba ἐπεὰν δὲ χρήσωνται ἐκλύουσι aptissima sententiae neque minus enuntiati structurae[1]) deleat, quia in alio codice non exstent? Talia menda nemo recipit corrector. Quod cum Stein ipse quoque intellexisset, proposuit aliam rationem difficultatis solvendae. Iis enim locis, ubi prorsus incredibile est codicum $Rsv(bd_1)$ archetypi librarium ipsum coniciendo invenisse verum, eo refugit, ut dicat librarium illum hausisse verum ex accurata veterum auctorum lectione velut ex Stobaeo, Plutarcho, Stephano Byzantio, Herodiano, Photio aliis (cfr. praefat. XXIX—XXX). Sed cui persuadebit Stein illius librarii temporibus artem atque diligentiam tam insignes fuisse usitatas? Rectissime Wehrmann reiecit illam sententiam tractatis singulis locis. Ut sine dubio non sunt coniciendo inventa, quae recte tradit nobis una codicum familia $Rsv(bd_1)$, sic non sunt conquisita ex totius grammaticorum gregis variis scriptis. —

Alia vero ratio vix poterit inveniri, qua dissolvamus difficultates illas, in quas Steinium sesuti delapsi sumus. Quapropter si ullo modo fieri potest, neglecta Steini sententia aliud nobis iudicium de codicis P origine comparemus oportet, quo usi vitemus eiusmodi difficultates. Ac profecto praesto nobis est ratio a Steini diversa nec destituta firmis argumentis.

[1]) cf. Cobet. Mnemosyne XI p. 155.

Apparet enim eodem iure quo Stein contenderit codicem P habere originem cum Rsv(bd_1) communem, nos posse concludere ex iis locis, quibus P menda praebet eadem atque ABCd_2, huic ordini codicem P esse adscribendum. Iam videamus, num hac via ingredientes vitare possimus tales difficultates, quales Steini sententiae obstant. Certe non plane remotae sunt omnes difficultates. Id enim quaerendum est, qui factum sit, ut interdum una codicum familia ABCd_2 verum praebeat, cum P et Rsv(bd_1) idem exhibeant falsum. Exsistit igitur quaestio plane similis illi, quae supra nobis occurrebat, cum de Steini sententia ageremus: num facilior sit ad solvendum, videamus. Atque ut dicam quae sentiam, uno quoque loco, ubi P facit contra ABCd_2 ita, ut cum Rsv(bd_1) falsa habeat communia, rei explicandae ratio praesto esse videtur.

Primum enim verisimile est persaepe codicum ABCd_2 archetypi librarium ipsum invenisse verum, ut iis locis quos primos annotavi pag. 13 et 14. Poteris aliquot horum exemplorum etiam eo modo explicare, ut in ipso archetypo omnium codicum fuisse verba incorrupta statuas, librarios vero codicis P et archetypi codicum Rsv(bd_1) simili errore ductos eadem menda effecisse. Neque tamen omnia sic possunt explicari. Haud pauci exstant loci, quibus codicum ABCd_2 verba videantur genuina esse a principio neque verisimile sit menda codicis P et codicum Rsv(bd_1) ex simplici calami errore esse nata. Eiusmodi exempla sunt ea, quae altero loco posui (pag. 14 sq.) Hic codicum P et Rsv(bd_1) consensum ita velim explicare, ut codicem P ex ordine Rsv(bd_1) correctiones recepisse statuam. Quod non audacius me coniecisse documento esse videtur ipsa exemplorum natura: non tantam fingo correctoris stultitiam, quanta cogitari nequeat.

At restant lacunae codicis P et codicum Rsv(bd_1) communes, quas ista via in P traductas esse a correctore non sit verisimile (cfr. p. 15). Nonne igitur et nos falsam secutos esse rationem concludendum est, quippe cum obruti simus difficultate inexplicabili? Minime: Quod lacunae istae et in P et in Rsv(bd_1) inveniuntur, debetur casui, eidem errori librariorum codicis P et codicum Rsv(bd_1) archetypi. Nam cum II 67, 19 ante verba *τὰς δὲ — πόλιν* sit in textu: *πόλιν* et post ea: *τὰς δὲ*, altero loco II 110, 20 verbis *Δαρεῖον . . . . Σκύθας* antecedat *Σκύθας*, vides quam facile oriri potuerint lacunae.

Nec miraberis, quod eodem loco pari errore ductus est uterque librarius, si considerabis, quot locis tales lacunas exhibeant codices Rsv (bd_1) (cfr. Cobet. Mnemos. X, 407—8), quot locis codex P incuriae praebeat vestigia (cfr. supra p. 15). Videas, quam saepe idem factum sit in aliis codicibus:

VII 106, 24 πανταχῇ — Ἑλλησπόντου om. in C et R
V 104, 15 προσκατήμενος — ἐπολιόρκεε om. in C et B^1.
IX 82, 13 εὖ — ἀργυρέας om. in B^1 et S
II 121, 6 τὸν δὲ — θέρος om. in B^1 et P.[t]
VIII 100,22 ἢ αὐτὸν — Ἑλλάδα omisit B^1, eadem bis transcripsit R.

Utrum vero IV 191,24 verba καὶ οἱ ἀκέφαλοι et in P et in Rsv casu omissa sint (antecedit κυνοκέφαλοι), an a correctore in P expuncta, quia in Rsv non exstarent, diiudicare nolim.

Sed invenies praeter illas lacunas codicum PRsv(bd_1), de quibus modo verba feci, in Steini annotatione critica etiam alios locos, quibus verba codicibus ABCd_2 praebita neque in P neque in Rsv exstent. Fuerunt etiam hi loci Steinio documento codicem P habere originem communem cum Rsv(bd_1). Sed valde dubito, num recte Stein contenderit istis locis codices P et Rsv exhibere lacunas. Verisimile enim mihi videtur verba codicibus P et Rsv iis locis omissa non esse genuina sed ab librario archetypi codicum ABCd_2 interpolata. Tractemus singula oportet:

II 70, 17 verba οἱ δὲ ἕλκουσι omittunt P et Rsvd_1 — Optime procedit oratio, si omittuntur haec verba et pro ἐξελκυσθῇ, quod praebent ABC, cum PRsvd_1 legitur ἑλκυσθῇ, Habemus tunc sententiarum progressum plane similem enuntiatis antecedentibus et insequentibus:

δέλφακα τύπτει
1) ἐπακούσας δὲ ὁ κροκόδειλος ἵεται κατὰ τὴν φωνὴν
2) ἐντυχὼν δὲ .... καταπίνει
3) ἐπεὰν δὲ ἑλκυσθῇ (scl. ὁ κροκόδειλος) ὁ θηρευτὴς ἔπλασε
4) τοῦτο δὲ ποιήσας (scl. ὁ θηρευτής) . . . χειροῦται

II 36, 11—12 verba καὶ τὴν κόπρον ἀναιρέονται desunt in PRsvd_1. —

Quid haec verba sibi volunt? Herodotus hoc loco exemplis illustrat verba sua: Αἰγύπτιοι .... τἀπολλὰ παντα ἔμπαλιν

τοῖσιν ἄλλοισιν ἀνθρώποισιν ἐστήσαντο ἤθεά τε καὶ νόμους. Quoscunque Aegyptorum mores enumerat (cap. 35 et 36), omnes sunt eiusmodi, ut ceteris hominibus placeant contrarii. Apte igitur commemorat: *φυρῶσι τὸ μὲν σταῖς τοῖσι ποσί, τὸν δὲ πηλὸν τῇσι χερσί*, nam ceteri homines *φυρῶσι τὸν μὲν πηλὸν τοῖσι ποσί, τὸ δὲ σταῖς τῇσιχερσί.* At quid facies verbis *καὶ τὴν κόπρον ἀναιρέονται*? Stein dicit supplendum esse: *τῇσι χερσί.* Sed tunc dicere debebat scriptor: *τοῖσι μὲν ποσὶ φυρῶσι τὸ σταῖς, τῇσι δὲχερσὶ τὸν πηλὸν* (scl. *φυρῶσι*) *καὶ ἀναιρέονται, τὴν κοπρον.* Atque si supples *τῇσιχερσί*, nonne tum Herodotum facis cogitantem ceteros homines *ἀναιρεῖσθαι τὴν κόπρον τοῖσι ποσί*? — Quapropter plane incredibile mihi videtur verba illa esse Herodoti.

VIII 5,6 *τῶν λοιπῶν* omittunt PRsv; quis desiderabit ea?

VII 167, 21 *ἐν τῇ Σικελίῃ* omittunt PRs (v?). Sunt superflua haec verba atque moleste repetita ex 166, 12.

Ceterum etiamsi quis credit omnibus his locis verba codicibus ABCd_2 praebita esse genuina, nihil inde potest concludi de codicis P origine. Nam si sunt lacunae his locis statuendae codicum P et Rsv, certe sunt tales, ut a correctore eas ex Rsv in P traductas esse credere possimus.

Omnes igitur difficultates tolli mihi videntur, si statuimus codicis P archetypum correctiones recepisse ex codicum Rsv(bd_1) archetypo. Atque exstant huius rei vestigia in ipso codice P, ut

VI 75, 8 ABCd_2: *ἀνέγνωσε τά*
Rsv: *ἀνέγνω ἐς τά*
P: *ἀνέγνωσε ἐς τά*

I 116, 4 AB pr.: *μοῦνος μουνόθεν τάδε*
Rs: *μοῦνος μουνοθέντα δὲ*
P (= C): *μοῦνος μουνωθέντα τάδε*

Praeterea aliquot locis verba codicibus Rsv praebita in alterius ordinis codicibus ABCd_2 omissa sunt, codice P praebentur ita, ut alium obtineant locum atque in Rsv, velut:

VI 107, 18 ABCd_2: *ὄψιν ἰδὼν τοιήνδε*
Rsv: *ὄψιν ἰδὼν ἐντῷ ὕπνῳ τοιήνδε*
P pr.: *ὄψιν ἰδὼν τοιήνδε ἐν τῷ ὕπνῳ*

VII 190, 7 ABCd_2: *ἐγένετο χρηστή*
Rs: *αὕτη ἐγένετο χρηστή*
P: *ἐγένετο χρηστὴ αὕτη*


III 55, 24 ABCd_2: δημοσίῃ ὑπὸ Σαμίων
Rs: εὖ ὑπὸ Σαμ. } in archet. εὖ supra
v: ὑπὸ Σαμ. εὖ } lineam
P: ὑπὸ Σαμίων εὖ
III 98, 16 ABCd_2: τὸ εἰρημένον
Rsv: κομίζουσι τὸ εἰρημένον
P: τὸ εἰρημένον κομίζουσι
II 161, 13 ABCd_2: στράτευμα ὁ Ἀπρίης
Rsv: στρ. μέγα Ἀπρίης
P: στρ. ὁ Ἀπρίης μέγα
IV 3, 21 ABd_2: μαχόμενοι ἐλάσσονες γινόμεθα
Rs: μαχόμενοι αὐτοί τε κτεινόμενοι ἐλάσσονες γινόμεθα
v: μαχόμενοι αὐτοί τε ἐλὰσσονες κτεινόμενοι γινόμεθα
P: μαχόμενοι ἐλάσσονες γινόμεδα αὐτοί τε κτεινόμενοι
[C: μαχόμενοι αὐτοί τε ἐλάσσονες γινομ.)
IV 76, 1 ABCd_2: μεγαλοπρεπέως
Rsv: κάρτα μεγαλοπρεπέως
P: μεγαλοπρεπέως κάρτα

Facillime haec res explicari mihi videtur, si statuimus in codicum P et ABCd_2 archetypo non fuisse ea verba, quae diversis locis exhibent P et Rsv, sed a correctore traducta esse in marginem archetypi codicis P, deinde a librario codicis P. contextui verborum traditorum inserta esse neque tamen suum locum recuperasse.

Hac ratiocinatione ductus persuasi mihi codicem P et codices ABCd_2 eiusdem familiae esse propagines. Quaerendum nunc, quomodo cum singulis huius familiae codicibus P cohaereat. Apparet autem hanc quaestionem vix posse pro certo dissolvi, quippe cum contenderimus codicem P multa recepisse ex altero codicum ordine. Attamen verisimile mihi videtur codicem P neque ex uno alterove codice familiae ABCd_2 neque ex tntius familiae archetypo ipso esse descriptum. Est enim tam ingens numerus locorum, quibus P praebeat verum, cum codicum ABCd_2 archetypum mendosum fuisse demonstretur codicum ABCd_2 vel ABC vel ABd_2 consensu, ut omnibus illis locis codicis P correctorem verba genuina restituisse credere nolim. Neque codex P uni alterive

eius ordinis codici affinis esse videtur magis quam reliquis. Quamquam enim unus quisque eorum suas habet proprietates, quibus possint cognosci eius vestigia, in P earum inveni nullas. Quod vero P interdum consentit cum C aut cum d_2, hoc ita esse explicandum, ut codicum C d_2 archetypum correctiones hausisse statuamus ex codicis P archetypo, mox demonstrabo. — Has ob causas codicem P ita seiungere velim a codicibus ABC d_2, ut per se eum recta via fluxisse statuam ex archetypo illo, unde derivatum est familiae ABC d_2 caput:

Archetypus



Quod modo dixi codicem P artiore quadam affinitate coniunctum videri cum C et d_2, hoc dignum esse videtur, quod accuratius tractetur. Hanc exstare affinitatem iam Stein contendit (praefat. p. XXIV).

Atque sunt loci haud pauci, quibus C consentiat cum uno P, cum ceteri amborum ordinum codices omnes exhibeant diversa ab his, ut

	C = P	d_2 = AB = Rsv
III 155, 17	χιλίους — —	— δισχιλίους
II 167, 8	C: νομίζοντες P: νομίζοντας	— νομιζομένους
III 155, 24	πύλας καὶ κισσίας	καὶ κισσίας πύλας
VI 85, 1	βούλεσθε — —	— βουλεύεσθε
VI 101, 16	μὲν ἐπὶ — —	— ἐπί
VI 104, 4	καὶ om. — —	— καὶ
VII 189, 1	ἱδρύσασθαι —	— ἱδρύσαντο
VIII 12, 9	κατὰ — —	— ἐς
IV 184, 16	ἡμερέων ὁδοῦ	— ἡμερέων
II 122, 22	εἴτε δι' ἄλλότι εἴτε (P) οἴτε δι' ἀλλ' ὅτι εἴτε (C)	εἴγε (= d_1)

Neque tamen codices C et P soli hoc modo inter se coniuncti sunt, sed saepe accedit ad hos duos d_2, quem arte cohaerere cum C supra vidimus. Conferas haec exempla.

	Cd_2 = P	AB = Rsv
II 169, 1	μηδ᾽ἄνθεόν μιν	μηδ᾽ἄνθεόν μιν μηδένα
III 14, 16	πυνθάνομαι	πυνθάνεται
III 28, 3	τετράγωνον φορέει	τετραγωνον
III 98, 3	φλοίνην ἢν ἐπεὰν	φλοίνην · ἐπεάν
III 127, 17	οἰδαινόντων	οἰδεόντων
IV 5, 15	γονέας	τοκέας
III 151, 15	ἐνθαῦτα ὦ Πὲρσαι	ὦ Πέρσ. ἐνθαῦτα
VI 73, 16	P: εὐωδώθη C: εὐῶδώθη d_2: εὐοδώθη	ABR (v?): ὡδώθη s: ὠρθώθη
VII 6, 11	γὰρ τὴν ἔχθρην	τὴν ἔχθρην
VII 69, 4	μακρούς	μικρούς
VII 109, 14	Κόμψατος	AB: Κόμψαντος Rs (v?): Κόψαντος
VII 133, 12	ἀπέπεμψε	ἔπεμψε
VII 176, 21	ἄλλη om.	ἄλλη
VIII 23, 24	Ἱστιεύς	Ἰστιαιεύς
VIII 106, 10	παῖδας	οἰκέτας
IX 7, 11	ἀκίβδηλον ἐόν	ἀκίβδηλον
IX 49, 6	ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ	τοῦ Ἀσωποῦ

Quibus exemplis adiungenda sunt ea, ubi unus d_2 facit cum P contra codicum ABC et Rsv coniunctam auctoritatem, ut

	d_2 = P	C = AB = Rsv
III 65, 9	ἔργασται	ἐξέργασται
III 80, 13	πρηγμάτων πὰντων	πάντων πρηγμάτων (v?)
III 83, 2	συνεχώρεον	ὡς συνεχώρεον
III 103, 6	γράφω	συγγράφω
IV 76, 18	ἀδελφιδεοῦ	ἀδελφεοῦ
IV 88, 21	παισὶ δέκα	πᾶσι δέκα
VI 138, 22	καὶ τὰς μητέρας αὐτῶν	σφεων καὶ τ. μ.
VII 17, 3	νομίζων	ἐλπίζων
VIII 12, 1	βρονταὶ σκληραὶ	σκληραὶ βρονταί

His exemplis luculentissime demonstratur codicem P aliquo vinculo contineri cum codicum Cd_2 archetypo. Cuius affinitatis si investigare volumus originem, ratio habenda est eius rei, quod aliquot locis ea quae ex codicum familia $ABCd_2$ unus C habet communia cum P vel unus d_2 habet communia

cum P, etiam codicibus Rsv sic tradita sunt ut codicibus C et P vel d_2 et P. Utaris hisce exemplis:

	C = P = Rsv		ABd$_2$
IV 11, 3	ἐρήμην τὴν χώρην		τὴν χώρην ἐρήμην
IV 49, 11	ἐκδιδοῖ	— — —	ἐσδιδοῖ
IV 166, 9	μαθὼν δὲ Δαρεῖός μιν		μαθὼν δέ μιν Δαρ.
IV 6, 6	CP: Τράπιες Rsv: Τράπιοι	— —	Τράσπιες
IV 136, 13	ἐόντα ὑμέων	—	ὑμέων ἐόντα
VI 82, 5	PRsv: εἰπεῖν C: εἶπεν	— —	εἶπαι
VI 42, 7	χρήσιμα κάρτα	—	πάρτα χρήσιμα
VI 46, 5	τὸπλεῖστον προσῆλθε		προσῆλθε τ. πλ.
VI 95, 13	ἐνθεῦτεν	— — —	ἐνθὲντες
VII 73, 16	ἔχων Δαρείου	—	Δαρείου ἔχων
VII 198, 7	κάρτα	— — —	καὶ κάρτα
	d$_2$ = P = Rsv.		ABC
III 34, 5	ἤσθη τε ταῦτα ἀκούσας		ἤσθη τε ταῦτα
III 51, 13	τὸν πρεσβύτερον	—	τὸν πρεσβύτατον
IV 81, 14	τε δὴ (S: δέ)	— —	τε
IV 181, 14	παρατείνουσα	—	κατατείνουσα
IV 171, 6	Κάβαλες	— —	Βάκαλες
IV 14, 2	εἴρηται	— — —	εἴρηκα
VII 33, 14	d$_2$: ἀθέμιστα ἔργα PRsv: ἀθέμιτα ἔργα		ἀθέμιστα
VII 47, 21	μοι τοῦτο	— —	τοῦτό μοι
VII 168, 21	λέγειν τοιάδε	—	τοιάδε
VIII 66, 6	ἐπεμνήσθην	— —	ἐπεμνήσθησαν

Videntur haec omnia facillime explicari, si statuimus codices C et d_2 et P redire ad eundem archetypum, quem fuisse impletum correctionibus partim ex Rsv haustis partim a correctore ipso inventis. Atque contendere possimus hac ipsa via ex codicum Rsv (bd_1) archetypo translata esse in codicem P menda ista, quae P unus habet communia cum Rsv. Egregie haec sententia corroborari videtur ea re, quod interdum codex C unus aut d_2 unus consentit cum una codicum familia Rsv, ut:

I 118, 9 C = Rd_1s (v?): λόγον
ABP: χόλον

VII 150, 13 C = Rs (v?): ἐκστρατεύεσθαι
ABd$_2$P: στρατεύεσθαι
VIII 1, 1 C = Rs (v?): οἱ δὲ Ἕλληνες
ABd$_2$P: οἱ δὲ Ἑλλήνων
I 189, 17 C = d$_1$R: Μαντινηνοῖσι
sv: Μαντίοισι
ABP: Ματινηνοῖσι
cf. I 202, 11
II 4, 6 C = Rsv d$_1$: Μύριος
ABP: Μοίριος
II 47, 4 Rsvd$_1$: βιούς τέ τινας
C: βίου σταῖτίνας
ABP: βίου σταιτίνας
VII 145, 18 d$_2$ = Rs (v?): χρημάτων
ABCP: χρημάτων πάντων
IV 8, 14 d$_2$ = Rsv: ἀπό
ABCP: ὑπό

Attamen exstat causa haud levis, quae pugnet adversus sententiam supra propositam. Cum enim multi exstent loci, quibus P faciat cum Rsv contra C d$_2$, perpauci inveniuntur, quibus C vel d$_2$ faciat cum Rsv contra P. Neque enim praeter ea, quae supra attuli, ulla invenies exempla, quae sint alicuius momenti. Haec rerum condicio quomodo explicetur, si sententiam istam sequamur, ego non intellego. Quapropter aliam sequi velim rationem, eam, ut codicem P non redire ad eundem archetypum atque C d$_2$ statuam, archetypum vero codicis P correctiones recepisse ex codicum Rsv archetypo atque ex codicis P archetypo correctionibus impleto multa translata esse in codicum Cd$_2$ archetypum. Hoc modo cum fieri potuerit, ut codicum C d$_2$ archetypi corrector ex codicis P archetypo sibi eligeret ea, quae ex Rsv eo essent translata, codicis autem P librarius transcriberet ea, quae essent in verborum contextu, neglectis verbis suprascriptis, apparet, qui oriri potuerit mirus ille consensus codicum familiae Rsv et codicis C vel codicis d$_2$, atque item apparet, cur raro sit ortus.

Pauca addenda sunt verba de ea re, quod nonnullis locis unus codex C vel unus d$_2$ consentit cum uno codice R, cum ceteri codices omnes nec non ii, qui originem habent cum R communem, praebeant diversa ab his, ut:

II 173, 9 C = R: κατέκοπτε
ABd$_2$P = sv: κατέσκωπτε
VII 85, 2 C = R: ὅπλα δὲ οὐνομάζουσι
ABd$_2$P = sv: ὅπλα δὲ οὐ νομίζουσι
II 159, 3 d$_2$ = R: Μαγδάλῳ
ABCP: Μαγδώλῳ
sv: Μαγαδόλῳ

Haec exempla num eiusdem sint generis atque ea, quae supra attuli, ea dico, ubi C vel d$_2$ consentit cum tota codicum familia Rsv, valde dubito, cum non sit verisimile ea, quae praebeat unus R, redire ad communem archetypum totius familiae Rsv. Quapropter hos locos ab iis, quos antea in quaestionem vocavi, plane seiungere velim, atque consensum codicis C vel d$_2$ et codicis R fortasse inde possumus explicare, quod in utrumque codicem fortuito idem irrepsit error. Quam sententiam non esse audaciorem exemplorum natura comprobari mihi videtur.

Ceterum non celabo, quid de affinitate codicum PCd$_2$ Stein iudicet. Totam rem sic ille explicare conatur, ut dicat codicis C archetypum ab interpolatore aliquo esse pertractatum atque ex codicis C archetypo interpolationibus referto multa transisse et in codicem d$_2$ et in codicem P. Correctores autem codicum d$_2$ et P et librarius codicis C cum non omnia, quae correcta essent in codicis C archetypo, transcripsissent sed multa neglexissent, factum esse, ut non utique omnes praeberent idem sed modo hic modo ille cum hoc illove consentiret (praefat. p. XXIV). Quae explicandi ratio ita tantummodo stare potest, ut ceteri codices plane neglegantur. Quid enim faciamus iis locis, quibus C vel d$_2$ non solum cum P sed etiam cum Rsv consentiunt? Hi loci a Steinio plane neglecti esse videntur, certe ex eius ratione explicari non possunt. Sive enim contendimus codices C et d$_2$ esse propagines eiusdem archetypi, qui originem duxerit ex communi archetypo totius familiae ABCd$_2$, sive cum Steinio malumus credere codices C et d$_2$ utrumque recta via derivatos esse ex communi totius familiae archetypo, certe cogimur concedere, quaecunque AB aut cum C aut cum d$_2$ habeant communia, ea fuisse in communi illo archetypo, quaecunque ex hac familia unus C aut unus d$_2$ praebeat, ea esse a correctore inserta. Tunc autem si quis Steinium secutus contendit codicis P arche-

typum correctiones recepisse ex codicis C archetypo, non codicis C archetypum ex codicis P archetypo, nonne is omnia ista exempla supra allata, ubi C unus aut d_2 unus facit contra ceteros sui ordines codices cum P et Rsv inde explicare debet, quod codicis C archetypi corrector idem aut verum aut falsum coniciendo invenerit, quod esset codicibus Rsv et P traditum? Quod quam sit incredibile, facile intellegitur. Quomodo vero ex Steini sententia explicari possit ea res, quod paucis locis unus C vel unus d_2 consentit cum familia Rsv una, hoc omnino non perspicio.

Atque quod gravissimum est, istam rationem secutus Stein impugnat se ipse. Cum enim contendat Stein codices C et d_2 utrumque per se derivatos esse ex communi familiae suae archetypo neque correctiones recepisse ex codice P, nonne concedere debet, quae C et d_2 habeant communia et inter se et cum codicibus PRsv, haec fuisse in communi omnium codicum archetypo, et quae AB habeant diversa ab his, haec librarium archetypi codicum AB coniciendo invenisse? Nonne igitur ea verba, quae ut certissime genuina affert Stein ex codicibus AB ad collaudandam horum codicum auctoritatem (praefat p. XXII) merae sunt coniecturae? Sunt coniecturae habendae ex Steini ratione, non ex nostra. —

Adiungam huic parti disputationis meae quaestionem de alia duorum codicum ordinum affinitate, quae ne ipsa quidem exstabat a principio sed correctoris alicuius operae debetur. Praebent enim codices Rsv compluribus primi libri locis lacunas vel tota capita complectentes, non casu aliquo sed consulto factas (cf. Stein praefat. p. XXVIII), Harum lacunarum cum pars posterior (inde a I, 92) etiam in d_1 exstet idque saepe ita, ut eodem modo compensata sint verba omissa (I 94; I 135; I 138) manifestum est in communi archetypo codicum Rsvbd_1, istas lacunas aut ipsas iam exstitisse aut signis additis notatas fuisse. Quod si verum est, quaeramus oportet, quo praesidio usus codicis d_1 librarius istarum lacunarum priorem partem (usque ad I 79) expleverit. Neque tamen ne in hac quidem quaestione a codice d_1 seiungi posse b, qui et ipse lacunas istas expletas praebet, apparet ex iis locis, quibus b et d_1 soli menda habent communia, ut

	bd_1	AcP
I 51, 4	*τοῦ Σαμίων*	— *τοῦ Σαμίου*

I, 57, 4 *ἐν* — — — *εἰ*
I, 57, 9 *Πακικνοί* — — *Πλακιήνοί*
I 62, 22 *χρόνῳ* — — *χώρῳ*
I 52, 22 *καὶ* } om. bd_1
I 57, 19 *εἰ δὲ* }

Ad communem igitur codicum bd_1 archetypum redit quaestio. Atque mihi quidem et propter ipsam rei naturam verisimile videtur in archetypo totius ordinis iam fuisse illas lacunas ipsas et exstare mihi videntur vestigia, ex quibus possimus concludere librarium archetypi codicum bd_1 lacunarum supplementa aliunde repetiisse. — Praebet mihi ansam huius sententiae locus I 110, 2—3. Ibi in codicibus Rsv omissa sunt verba *καὶ ὑψηλή τε καὶ ἴδησι συνηρεφής, ἡ δὲ ἄλλη Μηδικὴ χώρη ἐστὶ πᾶσα ἄπεδος. ἐπεὶ ὦν ὁ βουκόλος.* Cave putes etiam haec verba consulto deleta esse ab eo viro docto, qui aliis libri primi locis scriptoris verba dedita opera mutilavit. Nam si quis statuere vellet priora lacunae verba *καὶ ὑψηλὴ . . . . . . ἄπεδος* omissa esse ab illo grammatico, cum longiora ei esse viderentur, tum plane mirum esset, quod ab eodem viro, quem doctum fuisse ex aliis locis concludere possumus (I 135, 3—9) relicta esset in verborum contextu particula *μὲν,* quae stare non posset sine insequenti particula *δέ.* Quid praeterea causae inveniri potest, cur deleverit ille verba *ἐπεὶ ὦν ὁ βουκόλος*? Nullam video causam. At fortasse non certa causa sed sua libidine ille grammaticus inductus est, ut hoc loco scriptoris verba commutaret; neque enim solum omisit illa verba, sed etiam restituit alium sententiarum nexum eo modo, ut scriberet: *σπουδῇ ὦν καλεόμενος ἀπίκετο καὶ ἔλεγε ὁ Ἅρπαγος τάδε.* Sed quis tali modo Herodoti verba consulto potuit lacerare? Ea enim, quae sunt in codicibus Rsv, absurda esse nemo non intellegit: a quo enim vocatus erat Harpagus? quo venit? cui dixit *κελεύει σε κτλ.*? Tales commutationes verborum traditorum non debentur doctis grammaticis, sed sunt vestigia mendorum casu factorum atque postea male resartorum. Credo igitur in communi archetypo codicum Rsvbd_1 casu omissa fuisse verba *καὶ ὑψηλή — βουκόλος* atque a grammatico aliquo, qui restituere conaretur sententiarum nexum, addita esse verbis insequentibus *ὦν* et *καὶ.* Praesto igitur nobis est locus, ubi dubitari non possit, utrum in communi archetypo

huius codicum familiae lacuna ipsa iam exstiterit an signis notata fuerit: ipsa scilicet lacuna iam erat in illo archetypo. Videamus nunc, quid d_1 praebeat hoc loco. In d_1 prior pars lacunae *καὶ ὑψηλή .... ἄπεδος* non exstat, posterior pars *ἐπεὶ .... βουκόλος* exstat et eodem modo expleta est quo in Rsv. Quomodo hanc rem explicemus? Num statuendum est in communi archetypo codicum $Rsvbd_1$ omissa fuisse verba *ἐπεὶ ... βουκόλος*, deinde in codicum Rsv archetypo eundem locum iterum esse mutilatum? Mihi hoc verisimile non videtur. Probabilius est totam lacunam iam fuisse in communi archetypo codicum $Rsvbd_1$. Tum autem cogimur statuere codicum bd_1 archetypi librarium ex alio quodam codice hausisse supplementum prioris partis lacunae, alteram vero partem non explevisse contentum nexu sententiarum prioris correctoris opera restituto. Quod si nobis persuasimus, facile eo adducimur, ut suspicemur magnas illas codicum Rsv lacunas consulto factas ipsas quoque iam fuisse in communi totius ordinis archetypo, atque explevisse librarium archetypi codicum bd_1 priorem partem earum non suo exemplari sed alio codice nisum. Accedit quod iis quoque locis, ubi in communi illo archetypo non fuerunt lacunae, mirum in modum consentiunt bd_1 cum altero codicum ordine. Gravissimum exemplum exstat I 24, 2. Ibi codices Rsv et alterius ordinis codices CP praebent verba *ἀνάθημα χάλκεον μέγα*, codices bd_1 et A cum Dionis testimonio consentientes recte servarunt *ἀνάθημα χάλκεον οὐ μέγα*. Apparet particulam *οὐ* non fuisse in archetypo codicum $Rsvbd_1$. Videntur igitur in codicum bd_1 archetypum ex altera codicum familia traducta esse et lacunarum supplementa et alias verborum traditorum correctiones (cf. p. 12).

Ceterum quod nos tam saepe eo deducimur, ut viros doctos exemplaribus Herodoteis adscripsisse correctiones ex aliis codicibus haustas statuamus, hoc non potest debilitare probabilitatem rationis eius, quam sequimur. Tali enim modo quam saepe codices Herodotei correcti sint, eorum ipsorum, qui servati sunt, facie demonstratur. Haud pauci enim eorum exhibent duplices lectiones ex aliis exemplaribus Herodoteis haustas. Afferam exempla gravissima:

Quae addita sunt verbis codice B traditis ab viro aliquo

docto recentioris aetatis, haec magna ex parte originem duxerunt ex ordine Rsv, velut his locis:

	B^2 = Rsv	B^1 = ACP.
VI 57, 5	τυθέντων προβάτων	τυθέντων
VI 75, 13	ἐν ἀπορίῃ σχών —	ἐν ἀλογίῃ ἔχων
VI 88, 8	μηχανᾶσθαι — —	μηχανήσασθαι
VI 88, 8	Κνούθου — — —	Κνοίθου
III 46, 3	περιεργάσασθαι —	περιείργασθαι (AB^1) περιεργάσθαι (CP)

Fortasse hae correctiones eidem debentur viro, qui magnas libri primi partes olim deperditas restituit (b).

Ex eodem libro, quo utebatur codicis B corrector, ea hausta esse videntur, quae codici A manu recentiore adscripta sunt. Neque enim solum interdum idem praebet A^2 quod B^2, ut

I 123, 12 ἀποτίλας pro ἀποτείλας

IV 64, 8 ὀργάσας pro ὀργίσας vel ὀργήσας

sed etiam eodem modo quo B^2 consentit aliquot locis cum Rsv ut

	A^2 = Rsv (bd_1)	A^1 = CP (Bd_2)
IV 64, 7	ἐκσείει — — —	ἐξίει (C: ἐξήιει)
I 8, 11	A^2: ὁ δ' ἀμβώσας μέγα Rsvd_1: ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας	ὁ δ' ἀμβώσας
I 53, 2	ἀπίκοντο καὶ ἔχρεον(το)	ἀπικόμενοι ἐχρέωντο

Ex simili aliquo libro ea quoque hausta sunt, quae corrector aliquis in codicem d_2 transtulit. Documento est caput 22 libri VI in codicis d_2 margine manu recentiore adscriptum ita, ut singula cum B^2 consentiant.

Neque minus codicis C corrector (C^2) sua debet libro alicui ordinis Rsv (cfr. Stein. praefat. p. XXVII). Praeterea alter corrector restituit codicis C partem olim deperditam (I 41—68). Hoc inde concludo, quod illius lacunae supplementum non ex ordine Rsv sed ex ordine $ABCd_2$ haustum est. Artissime enim cohaerere c cum A demonstratur talibus exemplis:

I 48, 14 Ac: ἐμηχανᾶτο pro ἐμηχανήσατο

I 50, 8 Ac: τριπάλαστα pro τριπάλαιστα

I 51, 19 Ac: αὐτοῖσι pro τοῖσι

Optimum autem rei exemplum praebet codex P, in quem permultae traductae sunt correctiones et ex familia ABCd_2 et ex Rsv (cf. Stein praef. p. XXXVII). Defungar his exemplis:

	P corr. vel P^m = ABCd_2	P^t = Rsv
II 75, 7	περὶ τῶν .... ὀφίων	τῶν .... ὀφίων
II 92, 18	ὀπτήσαντες —	— πτίσαντες
II 181, 10	δ᾽ἐς ἀλλήλους	— δὲ Ἄμασις
VIII 49, 18	ἐπιφανήσεται	— φανήσεται
VIII 143, 2	ἐλευθερίης γλιχόμενοι — —	— ἐλευθερίην σκεπτόμενοι

	P corr. vel P^m = Rsv (d_1)	P^t = ABC (d_2)
I 85, 14	εὐθηνία — —	— εὐεστοῖ
III 41, 5	ἀσηθείη — —	— ἀσθείη
III 117, 2	πενταχοῦ —	— πανταχοῦ

Accuratius hanc rem tractare vix operae pretium esse videtur. Neque sufficit huic rei perficiendae Steini annotatio critica, quippe ex qua non utique possit cognosci, quae librarius ipse correxerit, quae postea alia manu adscripta sint. Id vero plane certum est, eos viros doctos, qui correxerunt codices A, B, C, d_2, P, non sua tantum ingenias ecutos esse sed usos esse aliis codicibus Herodoteis. Qua ex re elucet iis saeculis, quibus scribebantur codices nostri, permulta exemplaria historiarum Herodotearum et exstitisse et in usu hominum doctorum fuisse.

Haec habui et de singulis codicibus Herodoteis et de familiis codicum quae dicerem. Atque apparet ex tota disputatione mea, id quod iam supra dixi, in restituendis Herodoti verbis neque unum nos codicem neque unum codicum ordinem sequi debere, tanquam ceterorum codicum caput sit, sed ex comparatione omnium codicum, qui communis archetypi propagines sint, concludendum esse, quid singulis locis fuerit in communi illo archetypo atque id demum vere traditum putandum esse. Qua in re quamquam consentio cum Steinio, tamen cum de singulorum codicum indole atque origine et imprimis de codice P novum mihi finxerim iudicium, non possum de auctoritate eorum idem iudicare quod Stein. Ille enim cum censeret ad cognoscendum codicum Rsvbd_1 archetypum codicem P solum non minoris esse momenti quam codices Rsvbd_1 ipsos, necessario eo deducebatur, ut, quascunque

codices $Rsvbd_1$ proprias haberent virtutes, extrinsecus esse ascitas, non genuinas a principio statueret[1]). Nos vero qui codicem P alteri ordini attribuerimus, nihil habemus causae, cur verba uno ordine $Rsvbd_1$ recte praebita genuina esse a principio negemus. Quapropter codicum $Rsvbd_1$ testimonii haud minus nos rationem habere necesse est quam alterius ordinis. Quid autem singulis locis iudicandum sit de testimonio codicum $ABCd_2$ P, eam ob causam difficilius est dictu, quod alteram huius ordinis stirpem, codicem P dico, ex ordine $Rsvbd_1$ correctiones recepisse statuimus. Si enim codices P et $ABCd_2$ inter se consentiunt, habemus nos quidem certam archetypi eorum notitiam, si dissentiunt ita, ut P faciat cum Rsv (bd_1), dubitationi locus est datus. Atque cum ne codicibus Cd_2 quidem magna sit auctoritas, quippe qui et ipsi a correctore sint pertractati, elucet interdum ex codicibus AB solis posse concludi, quid fuerit in communi huius ordinis archetypo (cf. p. 28). Attamen consentaneum est non multis locis hoc evenisse, ut solis codicibus AB servata sint ea, quae fuerint in archetypo, cum in ceteros omnes irrepserint menda. Stein ipse, qui sit laudator codicum AB, invenit exempla paucissima (praefat. p. XXII) neque ea omnia certa (cf. Cobet. Mnemos. X p. 403). — Ut ad summam disputationis redeam, duos constat testes esse interrogandos in restituendis Herodoti verbis, et codicum ordinem Rsv (bd_1) et ordinem $ABCd_2$ P. Iam exsistit quaestio, uter testis in universum fide sit dignior. Hoc enim scire iuvat iis locis, ubi codicum ordines inter se dissentiunt ita, ut neque ex sententiarum neque ex verborum nexu causa possit percipi, qua commoti alterius ordinis testimonium alteri praeferamus. Talibus locis eum ordinem sequamur oportet, cuius pretium maius esse intellexerimus. Atque equidem mihi persuasi codicum Rsv (bd_1) archetypum, quamquam negligenter fuerit scriptus (cfr. Cobt. Mnemos. X p. 405 sq.), tamen multo melioris exemplaris notitiam nobis praebere quam codicum $ABCd_2$ P archetypum. Neque Stein quidem, qui omnes

---

[1]) Steinio igitur certa erat causa, cur ita iudicaret de codicibus $Rsvbd_1$, Abichtio, qui idem iudicium protulit de omnibus eius familiae virtutibus erat nulla nisi arbitraria. (cfr. Philol. XXI [1864] p. 84 sq.)

codicis R virtutes correctori alicui deberi censeret, facere potuit, quin permultis locis eum codicem sequeretur (cfr. p. 16—17). Omnibus iis locis nos, qui ab ista Steini sententia recesserimus, codicum ordinem Rsv (bd_1) servasse integritatem communis omnium codicum archetypi debemus statuere. Haud paucioribus praeterea locis Stein iniuria reiecisse mihi videtur codicum Rsv (bd_1) testimonium secutus alterum ordinem. Diffidebat enim ille istorum testimonio, quos aliquot locis correctoris libidini paruisse pro certo comperisse sibi videretur. Ego igitur quamquam non possum non negare Cobetum itemque Gomperzium sententiam suam ratione ac via apta comprobasse, tamen plane transeo in eorum partes atque permultis locis rectissime eos codicum Rsv auctoritatem ab Steinio defendisse credo. Exemplis ab illis allatis ipse addam pauca:

III 40, 16 recipias ordinem verborum *ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον* ex ordine Rsv atque ex Stobaei testimonio. Neque enim ulla exstat causa, cur tanta vi vox *τὸ θεῖον* ceteris anteponatur.

III 82, 8 omittas cum Rsv et Stobaeo articulum *τοῦ* ante *δήμου*, cum etiam in verbis insequentibus desit articulus.

III 91, 19 inepte interpolaverunt particulam *δὲ* codices $ABCd_2$. Inspicias eiusdem generis locos et antecedentes et insequentes.

V 28, 21 scriptoris verba optime servarunt rsv (= P): *οὗτος μέν νυν τοσαῦτα.* Sic enim saepius Herodotus:

I 71, 23 *Κατὰ μέν νυν τὸν κρητῆρα οὕτω ἔσχε κτλ.*

I 168, 21 *Φωκαίης μέν νυν πέρι . . . οὕτω ἔσχε*

II 35, 6 *Νείλου μέν νυν πέρι τοσαῦτα κτλ.*

II 150, 5 *ἡ μέν νυν λίμνη αὕτη οὕτω κτλ.*

II 155, 22 *Ψαμμήτιχος μέν νυν οὕτω ἔσχε*

V 91,9 quae codices $ABCd_2$ P tradunt: *ἐπείτε δὲ ἐκεῖνα ποιήσαντες ἡμάρτομεν, νῦν πειρησόμεθά σφεας ἅμα ὑμῖν ἀπικόμενοι τίσασθαι* num genuina sint, valde dubito. Neque enim est in aperto, qui significentur pronomine *σφεας*. Deinde verba *ἅμα ὑμὶν ἀπικόμενοι* quamquam, si verba insequentia respicimus, neque sensu carent neque languida sunt, tamen scrupulos mihi movent, cum pro *ἀπικόμενοι* malim dictum: *ἀπικόμενοι ἐκεῖσε* vel *στρατευσάμενοι.* Gravissimam vero dubitandi ansam mihi praebet ea res, quod codicum svr

testimonium ab ABCd₂ P dissentiens hoc loco tam certam integritatis speciem prae se fert, ut alterius ordinis testimonio sine dubio sit praeferendum. Neque enim ulla ex parte laude non sunt digna verba codicibus svr praebita. Respicias velim, quam saepe Herodotus verbum πειρᾶσθαι coniungat cum participio, ut I, 77; I, 84; VI, 5; VI, 50, VII, 139; VII, 172; IX, 26 (cfr. Wesseling ad I, 77 et Schweighaeuser: Lexicon Herodoteum). Praeterea ne offendas in verbo ἀκεῖσθαι, respice haec exempla:

I 167 ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα (cfr. Steini commentarium ad hunc locum)

III 40 ἤν τε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη τὠπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι τῇσι πάθῃσι προσπίπτωσι, τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἄκεο.

Certe hoc verbum eo loco, de quo agimus, iniuria Stein correctori dedit: est pristinum et genuinum. — Ceterum si scribimus ἀκεόμενοι, necessarium est σφεας mutare nos cum Eltzio in σφεα. Fortasse levissima ista corruptio pronominis σφεα causa fuit librario archetypi codicum ABCd₂ P, cur tam graviter mutaret verba tradita.

V 1, 16 praebent codices ABCd₂: νῦν ἡμέτερον ἔργον. Valde dubito, num Stein suo iure haec receperit. Praebent enim haec talem fere sensum: „nunc oraculum dei perfectum videtur, nunc nostrum est!“ At quid est nostrum? — Verum servarunt codicis sv (= P): νῦν ἡμέτερον τὸ ἔργον. Vide quam apte haec sint dicta: „nunc res (ea scilicet, quae agitur: τὸ ἔργον) penes nos est.“ Secuti sunt codices sv Stephanus Wesseling Gaisford nec non Stein ipse in editione priore. Omisit postea Stein articulum τὸ, cum admirator factus esset codicum AB, contemptor alterius ordinis. —

V 23, 20 quamquam non vitupero ea, quae praebent codices ABCd₂: μέταλλα ἀργύρεα, tamen aptius mihi videntur dicta quae praebent svr (= P): μεγάλα ἀργύρια, si circumstantia verba respicio: ναυπηγήσιμος ἴδη ἄφθονος καὶ πολλοὶ κωπεῖς καὶ μεγάλα ἀργύρια, ὅμιλός τε πολλὸς μὲν Ἕλλην περιοικεῖ πολλὸς δὲ βάρβαρος.

VII 1, 10 codices ABCd₂ exhibent: καταλεγομένων τε τῶν ἀρίστων ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα . . . . τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ Αἰγύπτιοι κτλ. Plane hic superflua videntur verba: ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Aptissime ea opponuntur verbis insequentibus

in codicibus Rsv (= P), ubi haec sunt: *καταλεγομένων δὲ τῶν ἀρίστων ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα . . . τετάρτῳ ἔτεϊ Αἰγύπτιοι.*

VII 88, 8 servarunt codices Rsv (= P) ordinem verborum unice verum *τὸν δὲ ἵππον . . . ἐποίησαν οἱ οἰκέται ὡς ἐκέλευεν ἐς τὸν . . . ἀπαγαγόντες.* — Verbum enim *ἐποίησαν* non potest intellegi nisi coniunctum cum subiecto *οἱ οἰκέται.*

VII 144, 6 quae praebent ABCd_2: *οὗτος γὰρ ὁ πόλεμος ἔσωσε ἐς τὸ τότε τὴν Ἑλλάδα* loci sententia plane aliena sunt. Recte Rsv (= P) omittunt *ἐς τό* ante *τότε.*

VIII 113, 22 rectissime omittunt Rsv *ἄλλην* ante *ἵππον.* Sic hic locus est interpretandus: Mardonius sibi eligebat ex regis copiis et pedites et equites Medorum, Sacarum, Bactriorum, Indorum omnes. — Neque enim credere debemus *τὴν ἄλλην ἵππον* opponi *τῇ ἵππῳ τῇ χιλίῃ* quippe cum ex verbis insequentibus *ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα εἵλετο* eluceat, *τὴν (ἄλλην) ἵππον* non esse totum barbarorum equitatum sed eos equites, qui ex gentibus antea commemoratis sint conscripti.

VII 8 *β*, 11 omittunt verba *πατέρα τὸν ἐμόν* ante *Δαρεῖον* codices Rsv et Dionysi Halicarnassensis testimonium: rectissime meo iudicio, cum ex antecedenti enuntiato moleste sint repetita.

IX, 7, 23 Quod legitur in Rsv: *ἐμμαχέσασθαι* ante *τὸ Θριάσιον πεδίον* tam apte est dictum, ut vix possit librarii alicuius coniectura putari. Stein ipse quondam in editione priore hoc receperat, delevit postea secutus alterum codicum ordinem, qui praebet *μαχέσασθαι,* cum omnibus in rebus diffidere coepisset codici R.

IX 8, 1 Nescio, cur Stein reiecerit aoristum *ἀνεβάλοντο (ἐς τὴν ὑστεραίην),* quem praebent Rsv et ex altero ordine C et P. Nolim contendere talibus in rebus codicum testimonium multum valere, sed re ipsa commendari mihi videtur aoristus. Neque enim iam hoc loco actio iterata commemoratur, sed id unum narratur, quid fecerint ephori, cum audissent Atheniensium verba, tum demum additur iterum et saepius eos idem fecisse. Recte igitur legitur in enuntiato insequenti *ἐποίεον* imperfectum, non item recte eo loco, quem tractamus, *ἀνεβάλλοντο.*

IX 13, 26 Quae leguntur in Rsv: *καὶ ὀλίγους* nemo

reiciet, qui persuaserit sibi non omnia, quae codicum familia Rsv una praebeat, meras esse librariorum coniecturas.

IX 22, 23 Optime dicitur de equitibus, qui ducem, quem vivum servare non poterant, mortuum saltem hostium manibus eripere cupientes ad impetum concurrunt, *ὡς ἂν τόν γε νεκρὸν ἀνελοίατο* et sic sine dubio scribendum cum Rsv.

IX 23, 25 Verbis *οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας* perbene opponitur vel potius nihil aliud potest opponi nisi quod est in Rsv: *ἀλλ' ἅμα πάντας.* Neque enim opponuntur inter se, si verba ipsa spectas, singulae turmae equitatus et universus equitatus, sed de diverso genere impetus, quem facit equitatus, agitur: antea faciebant impetum turmatim, nunc in unum coniuncti: *ἅμα πάντες.* Quod praebent codices ABCd_2 P: *ἀλλὰ πάντας* ita tantummodo intellegeretur, ut antea non essent commemorati *οἱ ἱππεῖς κατὰ τέλεα προσελαύνοντες* sed *ἔνια τέλεα τῶν ἱππέων.*

IX 32, 25 Populorum ordinem, quem praebent Rs (v?): *Φρυγῶν τε καὶ Μυσῶν καὶ Θρηίκων τε καὶ Παιόνων*, Stein ipse in priore editione probaverat, postea reiecit sed in annotatione critica noluit negare ordinem nominum in Rsv servatum aptum esse. — Unice verus est ordo nominum, qualis est in Rsv. Neque enim aptam video causam, cur hoc loco Herodotus in enumerandis quattuor nominibus miscere voluerit Asiae et Europae gentes. Praeterea consideres hoc uno modo suam servare vim particulas *τε καί* et simplicem *καί.*

IX 47, 24 Cum in verbis huius capitis postremis, quae Stein secutus codices ABCd_2 P sic exhibet: *ὣς δὲ αὔτως καὶ ὁ Μαρδόνιος ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου*, verbum, quod suppleri debet, sit *ἦγε*, nescio, quomodo explicetur genetivus. Stein dicit in commentario supplendum esse *ἐποίεε* et totum enuntiatum sic interpretandum: quae mutaverat in sinistro cornu, haec redintegravit (er stellte die schon auf diesem Flügel begonnenen Dislokationen wieder ein). Sed valde dubito, num talia inesse possint verbis Graecis. Malim scribere cum Rsv: *ἐπὶ τὸ εὐώνυμον* et supplere *τοὺς Πέρσας.*

IX 49, 27 *ἐστοξεύοντες* certe recipiendum est ex Rsv, cum antecedat *ἐσακοντίζοντες.*

IX 62, 24 Apte dicta sunt, quae praebent Rsv: *ἐγένετο μάχη ἰσχυρή* sine articulo *ἡ* ante *μάχη.* Nam paullo ante legitur: *ἐγένετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέρρα μάχη.* Deinde

pergit scriptor: cum primus ille impetus, primum proelium ad finem pervenisset, alio loco acre cooriebatur proelium. Neque igitur dicit proelium antea leve apud Cereris templum maius factum esse, sed hoc loco novum coortum esse proelium atque id grave.

IX 74, 12 Rsv praebent *ἐπίσημον ἄγκυραν*: perbene. Duae exstabant fabulae de Sophane: altera tradebat habuisse illum *ἄγκυραν ἐκ τοῦ θώρηκος δεδεμένην σιδηρέην*, altera illi opposita (*τῷ πρότερον λεχθέντι ἀμφισβατέων*) tradebat non *ἐκ τοῦ θώρηκος δεδεμένην* fuisse ancoram sed *ἐπ' ἀσπίδος*, non *σιδηρέην* sed — quid? in prioris ordinis codicibus nihil est, quod huic voci oppositum sit, est in Rsv: *ἐπίσημον* scilicet: non re vera portabat ancoram ferream sed signum ancorae habebat in scuto.

IX 116, 7 Scire velim, quomodo defendat Stein verba in codicibus ABCd_2 P servata: *ἀφύκτως δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον*. Ne dicas verba antecedentia continere causam, cur *ἀφύκτως ἐπέπεσον*. Poterat sic sententiarum nexus intellegi, si dixisset scriptor: *ἐπεὶ οὐ παρεσκευασμένος . . . ἦν, ἀφύκτως ἐπέπεσον*. Neque tamen ita dixit, sed verbis antecedentibus addit hoc loco contrarium per *δέ*. Quapropter Steinium iudico recipere debuisse ex Rsv *ἀφυλάκτῳ*, etiamsi meram librarii coniecturam esse censeret.

His exemplis si adiungimus ea, de quibus supra verba feci (pag. 20—21), apparet in codicum ordinem ABCd_2 P non solum librariorum errores irrepsisse sed etiam correctorum coniecturas audacissimas.

Neque tamen ne alter quidem ordo codicum Rsv (bd_1) tam certus est testis, ut neglectis meris librariorum erroribus unoquoque loco sine ulla dubitatione fidem ei habere possimus. Inveniuntur enim in his quoque codicibus pauca consulto mutata, ut facile correctoris operae vestigia cognoscuntur his locis:

III 20, 7 ABCd_2: *χρὴ καί*
P: *χρῆν καί*
Rsv: *χρῆναι* omisso *καί*, certe
ortum ex: *χρηκαι*

VI 44, 22 ABCd_2 P: *λέγεται γὰρ τριηκοσίας*
R: *λέγεται κατὰ τριηκοσίας*
sv: *λέγεται γὰρ κατὰ τριηκοσίας*
κατα
archet. Rsv: *γαρ*

II 173, 14 ABd_2: *Χίος*
P: *Κνίδος*
R: *Κνίσοδος* | *δος*
sv: *Κνίσος* | archet. *κνισος*

VIII 47, 24 Verba genuina: *Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσιν ὁμουρέοντες . . . . . Λευκαδίοισι, οἳ . . . . . ἐστρατεύοντο* corrector archetypi codicum Rsv consulto mutavit in: *Θεσπρωτοὶ γὰρ οἱ ὁμουρέοντες . . . . Λευκαδίοισι . . . ἐστρατεύοντο.*

Haec omnia si consideramus, facile intellegimus, quam difficile adeat munus, quicumque codicum nostrorum archetypi verba restituere velit. Accedit, ut interdum in illo archetypo ipso iam duplicem fuisse scripturam verisimile sit, velut:

VI 25, 5 $ABCd_2$ P: *αὐτίκα Καρίην*
Rsv: *καὶ Καρίην*
και
archetyp.: *αὐτικα Καρίην*
genuinum puto esse: *αὐτίκα καὶ Καρίην.*

II 141, 4 $ABCd_2$: *γυμνῶν ἀνόπλων*
Rsv (= P): *γυμνῶν ὅπλων*
ἀνοπλων
archetyp.: *γυμνων*
genuinum est unum adiectivum: *γυμνῶν* cf. Cobet Mnemos. XI p. 149

II 103, 17 ABC: *καὶ προσωτέρωι*
$Rsvd_1$ (= P): *καὶ οὐ προσώτατα*
οὐ προσωτερωι
archetyp.: *και προσωτατα*

Atque libenter concedo non simpliciorem a me redditam esse recensionem Herodotei operis: ut ad veriorem pervenirem rationem, id curandum putavi.

Gauderem, si quid certi haberemus de aetate archetypi codicum nostrorum, quippe cum inde intellegeremus, quanta opus esset cautione in verbis illius archetypi coniecturis mutandis. Tractavit nuper hanc quaestionem Wehrmann in dissertatione sua. At quod contendit ille duplicis recensionis, qualem praebeant duae codicum nostrorum familiae, vestigia posse nos persequi usque ad primum ante Chr. n. saeculum, hoc num argumentis bene firmaverit, valde dubito. Nam quos affert locos (pag. 18—19), quibus utriusque codicum ordinis

scriptura testimoniis veterum grammaticorum nititur, horum alteri tam parvi sunt momenti, ut nihil probent, alteri id unum probant, quod scire ad hanc quaestionem nihil nostra interest, Eustathi temporibus iam duas quasi recensiones Herodoti historiarum exstitisse. Deinde permulta enumerat exempla, ut demonstret „scriptores, qui saepius Herodotum adhibuerint, plurimis locis, quibus nunc dissensus sit inter duos ordines, constanter alterutrum ordinem sequi neque inter utrumque fluctuare." Sed omnia fere exempla, quae affert, sunt eiusmodi, ut veteres scriptores stent ex partibus eius codicum Herodoteorum ordinis, qui servaverit vera. Neque igitur quicquam probant ista. Poterat Wehrmann ita tantummodo sententiam suam comprobare, ut menda gravia alterutro codicum Herodoteorum ordine praebita iam exstitisse prioribus saeculis demonstraret. Quas ob causas facere non possum, quin Wehrmannum sententiam suam aptis confirmasse argumentis negem. Quamquam in re haud improbabili ille versatur. Fieri enim potuisse, ut antiquis iam temporibus duplex Herodotei operis recensio oreretur, quicunque Demosthenicorum Aeschineorum aliorum codicum naturam noverit, facile concedet.

Natus sum Henricus Peters Garvensdorfii, in vico Megalopolitano, a. d. VI Idus Octobres a. h. s. LX. Per primos pueritiae annos patris institutione usus a. h. s. LXXII in gymnasium Wismariense receptus sum. Octo post annos cum maturitatis examen sustinuissem, Berolinum me contuli, ut studiis philologicis operam darem. Audivi de Graecis Latinisque literis praelectiones virorum doctissimorum Vahlen, Kirchhoff, Hübner, de Germanicis Müllenhoff et Scherer, de philosophicis Zeller, Paulsen, Ebbinghaus. Neque omisi studium historiae et geographiae: usus sum praeceptoribus illustrissimis Curtius, Seeck, Koser, Kiepert. Duobus post annis civis factus academiae Rostochiensis scholis interfui virorum doctissimorum Bechstein, Kaibel, Schirrmacher, de Stein. Sodalis fui seminari philologici, cui praeerant primum Fritzsche et Kaibel deinde unus Kaibel deinde Leo, per quinquies sex menses, seminari germanici, cuius exercitationes moderatur Bechstein, per quater sex menses. — Examen pro facultate docendi linguas Latinam Graecam Germanicam absolvi a. h. s. LXXXIV.

Ut imprimis seminariorum directoribus gratiam debeo, quippe qui artis philologicae rationes et vias me docuerint, sic dissertationem meam, qua summos in philosophia honores petivi, fructum esse exercitationum in seminario philologico institutarum libenter concedo. Nec non privatim et Kaibel et Leo benigne me adiuverunt consilio. Primus Kaibel animum meum haud invitum ad studia Herodotea allexit et illo auctore atque adiutore primas de codicibus Herodoteis quaestiones institui. Deinde cum Rostochio Gryphiswaldam ille transmigrasset, qui ei succedebat, Leo haud minus mihi benignus fuit adiutor, ubicunque consilio egebam: si quando rei difficultati cessurus eram, ille animum meum denuo incitabat novasque mihi vias ostendebat, quibus quaestionem inceptam ad finem perducerem. His igitur praeceptoribus omnium maxime animum me servaturum esse gratum persuasum habeas.